

Petrus de Vinea

*Ep. V 66 (Supplicauit
excellenciae nostrae L. de...)*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Petrus de Vinea

*Ep. V 66 (Supplicavit
excellentie nostrae L. de...)*

1220-1266

Capitaneo, ut mandet sententiam executioni, sicut rationabiliter est prolata.

1. Supplicauit excellentiae nostrae L. de..., fidelis noster, ut sententiam diffinitiuam pro eo contra Commune... super quadam pecuniae summa per..., uicarium tuum, latam, et per te, ut asserit, confirmatam, executioni mandari de nostra gratia mandaremus. 2. Cum igitur nichil prodesset ferri sententias, nisi executio debita sequeretur, tuae fidelitati mandamus quatenus, si est ita, sententiam ipsam, sicut rationabiliter est prolata, nec legitima fuerit appellatione suspensa, facias executioni debitae demandari.